Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8157
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



sagitte tue infixe sunt mihi
et confirmasti super me manus
tua Non est sanitas in carne
mea a facie ire tue nō est pax
ossibus meis a facie pccatorū me
orum Quoniam iniquitates mee
super gressse sunt capud meum
et sicut onus graue gravate
sunt super me Putruerunt et
corrupte sunt cicatrices mee
a facie insipientie mee Miser
factus sum et curvatus sum usq;
in finem tota die contristatus
ingrediebar Quoniam lumbi mei
impleti sunt illusionibus et nō
est sanitas in carne mea Afflic
tus sum et humiliatus sum nimis
rugiebam a gemitu cordis
mei Domine ante te omne desiderium
meum et gemitus meus a te
nō est absconditus Cor meum
conturbatum est et dereliquit me
virtus mea et lumen oculorum
meorum et ipsum non est mecum